



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

389. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 353  
communicaverint, catholici non credantur,  
nec inter catholicos habeantur. Requie in  
primo libello, cap. cxcii.

De eadem re. *Ex Concilio Aurelianensi.*

CCCLXXXVIII. Ut nulli civium Paschæ, Natalis Domini, vel Pentecosten follemitates liceat in villa celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

Concil. Aurelian. 1. c. 25.

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

CCCLXXIX. Ut cives qui Paschæ, Natalis Domini, vel Pentecosten festivitatibus Episcopis interesse neglexerint in civitatibus suis accipiendæ communionis vel benedictionis gratia, qui hoc neglexerint, triennio communione priventur.

Conc. Agath. c. 63.

De Decanis per parœchias mittendis.

*Ex Concilio Rotomagensi.*

CCCXC. Ut populus admoneatur ut in dominicis & festis diebus omnes ad vesperas & nocturnas vigilias & ad Missam omnimodis occurant. Et ut Decani in civitatibus & in vicis publicis viri veraces & Deum timentes constituantur, qui desides & negligentes commoneant ut ad Dei servitium absque occasione properent. Et ut ipsi Decani sacramento adstringantur ut nulla interveniente causa, scilicet aut amoris, aut timoris, aut propinquitatis, aut muneris, negligentes & transgressores reticeant, quin sacerdotibus proprias eorum culpas manifestent. Sacerdotum autem erit ita eorum vitia zelo & amore divino

Burchard. lib.  
2. c. 239.

Z